

iudex Paulus de Agatha

80

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Paulus de Agatha

80

1491-09-21

† In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.
 Anno a nativitate eiusdem millesimo quatracentesimo
 nonagesimoprimo, pontificatus... Innocentii divina
 providentia pape octavi, anno eius octavo,... mense
 Septembris, die vicesimoprimo eiusdem, decime
 indictionis, Mathere.

Nos Paulus Agathus de dicta civitate,... puplicus
 ubilibet per totum orbem apostolica auctoritate
 notarius et testes subscripti... de affata civitate,...
 notum facimus... quod,... ad... requisitiones... nobis
 factas per... dopnum Blasium de Scollace de affata
 civitate,... nos contulimus ad maiorem ecclesiam
 Matheranam et in eius choro invenimus... dompnum
 Marianum Vaxalli de Coczio et dopnum Donatellum
 notarii Gulielmide Matera, procuratores... capituli
 Matherani, quem ad modum de eorum procuracione
 nobis docuerunt per ratificationem et approbationem
 infrascriptorum... clericorum dicte cathedralis ecclesie,
 ibidem capitulariter... congregatorum, videlicet: dopni
 Blasii de Gaptino, decani Matherani, dopni Francisci
 de Caniis, dopni Tucii de Turcho, dopni Francisci
 de Nipto, dopni Alemi de Alemo, dopni Antonii de
 Danesiis, dopni Antonii de Passarellis, dopni Iohannis
 de Carbonis, dopni Valentini de Greca, dopni Valentini
 de Candito, dopni Angeli de Iacucio, dopni Angeli de
 Natuczio, dopni Iohannis de Canio, dopni Raphaelis
 de Lactarolis, dopni Berardi de Ceghia, dopni Viti de
 Loysio, dopni Francisci Nicolai Grandy, dopni Donatelli
 de Alecta, dopni Barnabe Blasii de Leone, dopni Antonii
 Bucardi, dopni Giovanni Antonio de Leone, dopni
 Cicci de Monacello, dopni Francisci de Massarello,
 dopni Nicolai Antonii Desperto, dopni Iuliani de

Iacucio, dopni Eustasii de Corrento et dopni Vincentii Iohannis de Danesio... Et... supradicti... dopnus Marianus de Vaxallo et dopnus Donatellus notarii Gullielmi... habent,... nomine dicti capituli,... quamdam griptam // cum platea ante ipsam, cum fovea una et stagharono uno sine tunica intus dictam... plateam, sitam... in civitate Mathere, in Saxo Caveoso, in pictagio sancti Iohannis de Mathera, iuxta griptam dopni Vity de Scalczono, iuxta viam vicinalem, iuxta foveam et cisternam dopni Vity predicti, iuxta frontem ipsius gripte, iuxta domum dotalem Angelilli Tomasii de Cassano,... a qua... gripta, cisterna et stagharono... percipiuntur anno quolibet, iure locationis, tarenii duodecim... parum plus vel minus, secundum temporis dispositionem. Et ipse dopnus Blasius de Scollace... habet... griptam unam cum platea ante ipsam, in comuni et pro indiviso cum heredibus Petri de Iudice ac cum medietate unius cisterne ab aqua in comuni... cum dicta herede, sistentis intus dictam plateam, sitam in civitate Mathere, in Saxo Barisano, in pictagio sancti Laurentii, iuxta griptam et plateam heredum Petri de Iudice, iuxta frontem ipsius gripte, iuxta griptam Angeli de lo Veghyo, via vicinali mediante,... a qua... gripta cum platea et cisterna... percipiuntur... anno quolibet, iure locationis, tarenii quinque...; item griptam unam aliam lamiatam cum platea ante ipsam et cum pertico uno supra ipsam griptam, sitam... in Saxo Barisano, in pictagio sancti Martini, iuxta griptam Donati de lo Veghio, pariete comuni mediante, iuxta griptam et plateam Ieronimi de Vunitella,... a qua gripta... et portico percipitur... anno quolibet, iure locationis, tarenii decem... parum plus vel minus, secundum temporis dispositionem; item censum imperpetuum tarenorum trium et granorum

decem... ad quem tenetur... anno quolibet... Leo Nicolai magistri Leonis super fundo et proprietate unius gripte site... in Saxo Barisano, in pictagio sancty Blasii, iuxta viam puplicam, iuxta frontem ipsius gripte, iuxta viam vicinalem... Et volentes ambe partes... dictas griptas cum plateis et cisternis... et censum // permutare,... ea propter... permutaverunt...

† Ego Iohannes Maria de Noha qui supra testis testor
† ××× Paduanus Antonelli de Angelo qui supra testis testor
† ××× diaconus Donatellus de Scollace qui supra testis testor
Et ego prefatus Paulus Agathus puplicus ubilibet apostolica auctoritate notarius per totum orbem, quia premissis omnibus et singulis dum sic ut premictitur et in predictum modum agerentur et fierent una cum prenominatis testibus presens interfui, itaque sic fieri vidi et audiui, ideo hoc presens puplicum instrumentum manu propria scriptum exinde confecy, puplicavi et in puplicam hanc formam reddigi, signoque vero mei solitis et consuetis signavi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.